

Universitätsbibliothek Wuppertal

L. Annaei Senecae Tragoediae

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Amstelodami, 1662

Actus secundus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-770)

ACTUS SECUNDUS.

SENECA.

Philosophus seculi sui vitia detestatus, prisca ævi simplicitatem laudat, utque omnia in dies in deteriora ruerint commemorat.

355
360
365
370
375

Quid me potens Fortuna, fallaci mihi
Blandita vultu, sorte contentum mea
Alte extulisti, gravius ut ruerem editâ
Receptus arce, totque prospicerem metus? 380
Melius latebam procul ab invidiæ malis
Remotus inter Corfici rupes maris:
Ubi liber animus, & sui juris, mihi
Semper vacabat, studia recolehti mea.
O quam juvabat (quo nihil majus parens 385
Natura genuit, operis immensi artifex)
Cælum intueri, Solis & cursus sacros,
Mundique motus, Solis alternas vices,
Orbemque Phœbes, astra quem cingunt vaga,
Lateque fulgens ætheris magni decus! 390
Qui si senescit, tantus in cœcum chaos

Casu-

379. *Gravius*] *An me tollis in altum, ni casu graviore ruam?* Farnabius.

381. *Melius*] Senecam quasi Iulia Germanici F. adulteriorum conscium Messalina cœmminata fecit ut à Claudio in Corficam scopulosam insulam relegeretur, unde, intercedente postmodum Agrippina, revocatus Neroni præficebatur. *Idem.*

383. *Mihi Semper vacabat.*] Censeo auctorem scripsisse: *Vbi liber animus & sui juris sibi Semper vacabat studia recolehti pia.* Cornelius Severus de Cicerone: *sacris exalta quid artibus atas?* Hypallage ævni & recolehti. Gronov.

385. *O quam*] Hæc omnia ex consoli. ad Elbiam, cap. 4. 8. & 9. Farn.

388. *Solis alternas vices*] Iam dixit de sole. Scribe igitur: *notis alternas vices.* Supra: *Qua plaustra tardus non*

Et æterna vice Regit Bootes. Gronov.

390. *Ætheris*] Cœli. Farnabius.

391. *Qui si senescit*] *Qui si senescit, aliquando interiturus ut nova progenies melior nascatur (ex nonnullorum philosophorum sententia) nunc sane instat tempus, quo Omne in præcipiti vitium stetit.* *Idem.* *In cœcum chaos*] Omnia corpora *συνεχρηδύσασ*, confusa, composita, & in unum quasi conflata, in eadem, ex quibus coaluerunt, resolyenda asserebant: ex chaos igitur, seu indigesta potius ejus mole (ut scribit Ovid. 1. Metamorphos.) ortum mundum, in Chaos iterum ait rediturum. Propter hanc omnium in elementa sua resolutionem, Ægyptii mundum figura serpentis caudam suam devorantis, significabant. Vide Pierium lib. 14. Hieroglyph. *Delr.*

392. *Casu-*

Casurus iterum, nunc adest mundo dies
 Supremus ille, qui premat genus impium
 Cœli ruina; rursus ut stirpem novam
 Generet, renascens melior: vt quondam tulit 395
 Juvenis tenente regna Saturno poli.
 Tunc illa virgo, numinis magni dea,
 Iustitia, cœlo missa cum sancta Fide,
 Terras regebat mitis. humanum genus
 Non bella norat; non tubæ fremitus truces; 400
 Non arma gentes; cingere assuerant suas
 Muris nec urbes. pervium cunctis iter.
 Communis usus omnium rerum fuit.
 Et ipsa tellus læta sæcundos sinus
 Pandebat ultro, tam piis felix parens 405
 Et tuta alumnis. alia sed soboles minus
 Conspecta mitis. tertium follers genus
 Novas ad artes extitit; sanctum tamen.
 Mox inquietum, quod sequi cursu feras
 Auderet acres; fluctibus tectos graves 410
 Extrahere pisces rete; vel calamo levi
 Decipere volucres; premere subjectos jugo

Tau-

392. *Casurus iterum*] Dixerat idem
 Lucanus lib. 1. — sic cum compage solu-
 ta Secula tot mundi suprema coegerit
 hora, Antiquum repetens iterum Chaos,
 omnia mixtis Sidera sideribus concurre-
 rent, ignea pontum Astra petent: tellus
 extendere litora nolet, Excursuque fre-
 tum. fratri contraria Phœbe Ibis, &
 obliquum bigas agitare per orbem Indi-
 gnata, diem poscet sibi: totaque discors
 Machina diuulsiturbavit fœdera mundi.
 Delr. Nunc adest mundo] Integriorem
 esse ajunt v. l. lectiorem, nunc astitit:
 quia noluerit dicere diem & illum ad-
 esse, sed ut assistere optare. Sensum tenuerit:
 sed versus corrumperet nefas. Lege
 igitur: nunc ades, quod etiam Gronovius
 adscripserat. Gronovius.

396. *Juvenis*] Recens natus & sub
 rege Saturno auteus. Farn.

397. *Virgo*] Alstra. Th. v. 855. Id.

398. *Fide*] Quæ iustitiæ funda-
 mentum est. Idem.

399. *Humanum*] Hæc ex Hesiodi,
 Atati & Ovid. descript. nota. Idem.
 406. *Alia*] Secunda, argentea, Au-
 ro deterior. Idem.

407. *Tertium*] Ætas athenæa, Du-
 rior ingenii, & ad horrida promptior
 arma. Non scelerata tamen. Idem.

409. *Inquietum*] Quartum genus.
 Idem.

412. *Decipere volucres, premere*]
 Olim hic legebatur: vel calamo levi:
 Decipere volucres orate, corvos aut lo-
 ves Tenere laqueo, premere. Vnde su-
 stulit

Tauro
 Sulcar
 Interi
 Sed in
 Deteri
 Aurum
 Partita
 Exstru
 Aliena
 Negle
 Homi

stulit G.
 abelt. D
 vocat &
 & prout
 esse han
 comm.
 graves p
 bant, i
 cervos u
 nem Fab
 rult, vel
 lacres le

calamm
 Citerus
 non capt
 miter ap
 liallaque
 insperit,
 jectia nubi
 riantes led
 receptas:
 tam magi
 lectidum,
 non tercia
 inestuerit
 nempe n
 ue est, n
 mandum
 here pifi
 Decipere
 Tenere l
 hic nullu
 vopificis

Tauros feroces; vulnere immunem prius

Sulcare terram, læsa quæ fruges suas

Interius alte condidit sacro sinu.

Sed in parentis viscera intravit suæ

Deterior ætas; eruit ferrum grave,

Aurumque; sævas mox & armavit manus;

Partita fines regna constituit, novas

Exstruxit urbes; tecta defendit suis

Aliena telis, aut petiit prædæ imminens.

Neglecta terras fugit, & mores feros,

Hominum cruenta cæde pollutas manus,

413

420

Astræa

stulit G. Fabricius, quod vulgo nunc
abest. Deltius immobem licentiam
vocat & temeritatem non ferendam:
& prout distinguit, calamus credidit
esse hamatam arundinem: nam & in
comm. pinguisculos & abdomine
graves pisces retibus & linea extrahe-
bant, inquit. Raphelingius miratur
cervos teneri laqueis: probat editio-
nem Fabricii: si quid mutandum, ma-
rult, *vel calamo leves*: ut dicantur vo-
lucres *leves*, ut pisces *graves*, fera *acres*:
calamum vero, arundinem viscatam.

Gruterus laqueis Erymanthiam cer-
vam captam docet ex Diodoro, & si-
militer apros aliaque ferociora anima-
lia illaqueari, tamen quia in codd. quos
inspexit, defuerit *vel cervos*, reliqua ad-
jecta nihil aliud ostendere quam va-
riantes lectiones temere in contextum
receptas: itaque quam magis excutiar,
tam magis Fabricianum placere. Illud
lepidum, crate decipere volucres fuisse
non tertii seculi, sed quarti, tanquam
interfuerit. Quid reliquerunt nobis?
nempe nec recipiendum hoc totum,
ut est, nec abolendum: sed ita refor-
mandum: *fluitibus tectis gravi Extra-
here pisces rete, vel calamo aut brevi*
Decipere volucres crate, cervos Cr. leves
Tenere laqueo. premere. Sec. Nam &
hic nullus inalus five magnus five gra-
vis piscis: at *grava rete*, p. 270. *Cal-*

amum malo esse aucupatorium quam
piscatorium: & id doctius. *Crates* vero
brevi, quia quum altoque crates in ope-
re rustico, aut in militia appellantur,
ampliores animo singimus. Sic *tabella*
breves. Notat insignis Deltius in Ad-
versariis, de hoc aucupii genere Bro-
dæum egisse lib. 1. misc. adductis his
Plauti verbis: *Hoc excepto, quod non*
eratibus, sed retibus hæ aves capiuntur.
At frustra toto in Plauto ista verba re-
quires: nec sunt Plauti, sed Brodæi
scribentis apud Comicum illum exsta-
re mentionem aucupii istius, nempe
ubi dicitur *concinari area, effundi ci-
bus*: unum diversum quod post paullo
ibi *retia*, non *crates*, appellantur. Lo-
cus est in Asinaria a. 1. sc. 3. v. 65. & 72.
Laqueis & cervos capi significat Tro-
gus Pompejus, quum sic cervorum co-
mitem Habideni captum commemo-
rat, lib. 44. *interque cervorum greges*
*diu montes saltusque peragravit: ad pos-
tremum laqueo captus, regi dono datus*
est. Notum quoque Virgilio: *Tum la-
queis captare feras*. Cænonovius.

423. *Polluta manus*.] Non potest
placere hoc *deus d'egy*. Suspicio feri-
endum, *polluta manus*: & uno spiri-
tu conjungendum cum hemistichio
præcedente: & feros mores manus
cruenta hominum cæde polluta.
Idem: *polluta manus* non vult

Afræa virgo, fiderum magnum decus.
 Cupido belli crevit, atque auri fames. 425
 Totum per orbem maximum exortum est malum,
 Luxuria, pestis blanda; cui vires dedit
 Roburque longum tempus, atque error gravis.
 Collecta vitia per tot ætates diu
 In nos redundant. seculo premimur gravi, 430
 Quo scelera regnant. sævit impietas furens.
 Turpi libido Venere dominatur potens.
 Luxuria victrix orbis immensas opes
 Jam pridem avaris manibus, ut perdat, rapit.
 Sed ecce gressu fertur attonito Nero, 435
 Trucique vultu. quid ferat, mente horreo.

424. *Afræa*] Seu Erigone, Iovis
 & Themidos filia terras cæde madentes
 olim reliquerat. Th. 855. *Farnab.*
 428. *Tempus*] Consuetudo qua au-
 gescunt tum vitia tum virtutes. *Idem.*

433. *Luxuria*] *Sevior armis Luxu-
 ria incubuit vitiumque ulciscitur orbem.*
Idem.
 434. *Iam pridem*] Multa injuste ra-
 pit ut nequiter profundat. *Idem.*

NERO. PRÆFECTUS. SENECA.

*Incastrum monet suum Neronem Philosophus, qui tyrannicis institutis
 pertinaciter insistit, proximumque diem nuptiis cum Poppea de-
 stinat.*

Ner. **P**erage imperata. mitte, qui Plauti mihi
 Sullæque cæsi referat abscissum caput.
 Præf. Jussa haud morabor. castra confestim petam.

Sen. Ni-

437. *Mitte*] Mitte alios milites in
 Asiam, qui Plauti Rubellii: in Galliam
 Narbonensem alios, qui Sullæ in Mas-
 siliam amori capita mihi referant. Tac.
 Ann. 14. *Farnabius.*

438. *Sullæque*] Cæforum capita ad
 Neronem regulere Centuriones, qui-
 bus ille crudelissime illudit. *Idem.* *Ab-
 scissum caput*] Hoc ait, quia reipsa
 Centuriones cæforum capita ad Ne-
 ronem regulere, quibus Nero crude-
 lissime illudit, auctore Tacito lib. 14.
 Annal. Præfectus autem, quem hic al-
 loquitur, non est Burrus Aftianus, jam

veneno sublatus, teste Tacito lib. 12.
 & Suetonio in Nerone cap. 35. sed al-
 ter è duobus, qui Burro, more anti-
 quo, successerunt, Fenius Rufus, vel
 Sophomius Tigillinus, & ut opinor,
 hic potius, quia validior in animo
 Principis, teste Cornelio lib. 14. Præ-
 fectus prætorio hic erat, hoc est, præ-
 fectus aulae, ut multis docet Pet. Faber
 lib. 1. Semestri. cap. 1. *Delr.*

439. *Castra*] Militum vocando-
 rum gratiâ tunc ergo habitabant Præ-
 toriani milites in castris Prætorianis, à
 Tiberio in extrema urbis parte consti-
 tutis,

Sen. Ni
 Ner. Ju
 Sen. Ma
 Ner. Ex
 Sen. Sen
 Ner. Pr
 Sen. Re
 Ner. A
 Sen. Ut
 Ner. St
 Sen. H
 Ner. F
 Sen. C
 Ner. I
 Sen. I
 Ner.

tutis, ut
 docent
 Castris
 luvenal.
 nestica
 u ag ger
 us, id ef
 fiant
 A Subur
 gnare ad
 habeban
 latio, &
 li vicissi
 Tacitus
 Quicum
 Defend
 quam à
 castra p
 tar, qu
 tur. Da
 percuss
 quantu
 440.
 tibi pro
 441.

Sen. Nihil in propinquos temere constitui decet.

440

Ner. Iusto esse facile est, cui vacat pectus metu.

Sen. Magnum timoris remedium clementia est.

Ner. Extinguere hostem, maxima est virtus ducis.

Sen. Servare cives, major est patriæ patri.

Ner. Præcipere mitem convenit pueris senem.

445

Sen. Regenda magis est fervida adolescentia.

Ner. Ætate in hac satis esse consilii reor.

Sen. Ut facta superi comprobent semper tua.

Ner. Stulte verebor, ipse cum faciam, deos.

Sen. Hoc plus verere, quod licet tantum tibi.

450

Ner. Fortuna nostra cuncta permittit mihi.

Sen. Crede obsequenti parcius. levis est dea.

Ner. Inertis est, nescire quid liceat sibi.

Sen. Id facere, laus est, quod decet, non, quod licet.

Ner. Calcat jacentem vulgus. *Sen.* invisum oppri-

met.

455

Ner.

tutis, ut ex Dione, Tacito, Suetonio docent Onufrius, Lazius, Faber. De his Castris legitur in Commentar. vet. Iuvenal. Sat. 10. (ubi illa Iuvenalis domestica castra vocat, quia in urbe) *juxta aggerem primus castra posuit Sejanus, id est, super Diocletianas; quæ di-ctasunt castra pratoria.* & in Sat. xi. *A Suburrâ frequentissimâ regione migrare ad Diocletianas ubi solitudo est.* habebant tamen stationem in ipso palatio, & more militari excubias singuli vicissim tribuni agebant, ut docet Tacitus lib. 6. ideo infra versu 774. *Quicumque miles rectus exsultat Ducis, Defendat aniam* — hic vero, ne quenquam à Statione Palatina abducat, ad castra properat præfectus, ut inde mittat, qui Neronis imperium exsequantur. *Dolr. Petam*] Ut mittam milites percussuros, qui mandatum tuum exquantur. *Farnabius.*

440. *In propinquos*] In amicos & tibi propinquitate conjunctos. *Idem.*

441. *Iusto esse*] Si tibi, quæ mihi,

imminent pericula & metus, non omnia ex iusto præciperes. *Idem.*

444. *Patria patri*] Bono imperatori & principi. *Idem.*

445. *Præcipere*] Languida hæc tua præcepta magis convenirent pueris. *Id.*

446. *Magis*] Quam pueritia. *Idem.*

447. *Ætate*] Nempe *Ingenium* & rerum prudentia velox *Ante pilos venit.* *Idem.*

449. *Stulte*] Quorsum timeam deos quos sibi quisque ex superstitione sua facit, qualisque Claudius est, quem ego nuper indigetem consecravi? *Idem.*

452. *Levis*] Inconstans dea est Fortuna. *Idem.*

454. *Id facere*] *Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit Occurrat.* *Idem.*

455. *Calcat jacentem*] Remissum, lenem, mansuetum, clementem. sequens *ro invisum*, videtur suadere, ut hic legatur; *placentem.* sed nihil mutò. En duo tibi. Odium, & Contemptus, exitia Principum, scopuli naufragiis

Ner. Ferrum tuetur Principem. *Sen.* melius fides.

Ner. Decet timeri Cæsarem. *Sen.* at plus diligi.

Ner. Metuant necesse est. *Sen.* quidquid exprimitur, grave est.

Ner. Iussisque nostris pareant. *Sen.* iusta impera.

Ner. Statuam ipse. *Sen.* quæ consensus efficiat rata. 460

Ner. Despectus ensis faciet. *Sen.* Hoc absit nefas.

Ner. An patiar ultra, sanguinem nostrum peti

Inuictus, & contemptus ut subito opprimar?

Exilia non fregere submotos procul

Plautum atque Sullam; pertinax quorum furor 465

Armat ministros sceleris in cædem meam.

Absentium cum maneat etiam ingens favor

In urbe nostra, qui fovet spes exulum;

Tollantur hostes ense suspecti mihi.

Invisa conjux pereat, & carum sibi

470

Fratrem sequatur, quidquid excelsum est, cadat.

Sen. Pulchrum eminere est inter illustres viros;

Consulere patriæ; parcere afflictis; ferâ

Cæde abstinere; tempus atque iræ dare,

Orbi

regnum infames. alterum illud prius semper tyrannis adest, sed posterius rarius, sed longe majorem ad eversionem habere vim docet Aristoteles lib. 5. Polit. cap. 10. Inefficax fere odium, nisi contemptus accedat. Qui odit, optat nova, non audit: qui contemnit, quia non metuit, aggreditur contemptum, folio deturbat, & folio calcat. hoc Nero significare voluit. *Delr.*

456. Diligi] Οἱ φίλοι πρὸς σὺν πρὸν εἶσι βασιλεύσιν ἀληθέστερον καὶ ἀσφαλέστερον. Farnabius.

460. Statuam] Non sic excubia non circumstantia pila quam tulatur amor. Id. Quæ consensus] Quæ imperata ejusmodi, quæ probent ordines Senatorum & equitum sciscitatque plebs. *Idem.*

461. Despectus] Scribam. *Detectus*

ensis, sive Conspectus. nam in urbe & toga gladii tecti & absconditi. *Lipsius.* Emendaram ego, *Descriptus ensis.* *Raphel.*

462. Peti] A conjurantibus in vitam meam, al. *invisus.* Farnabius.

463. Inuictus] Aldinum, *Inuitus.* Gryphianum & Ortelii, *Inuictus.* Si corrigendum aliquid, scribam *Inultus.* *Raphel.*

467. Absentium] Conjuratorum quos in exilium misi. Farnabius.

468. Fovet] Ut me tandem caso revocentur ab exilio. *Idem.*

469. Ense] Vulgus securi seriebatur, nobiles gladio. *Idem.*

471. Quicquid] Tyrannicum scitum, οἷς τῆς ὑπερχονίως τῆς χυαὸς κολλῆν, ἔτι καὶ τῆς ὑπερχονίως τῆς πολιτῶν ἀνωγειν. *Idem.*

477. Sic

Orbi qui
Hæc sum
Sic ille pa
Complex
Illum tam
Terra ma
Hostes pa
Tibi num
Et dedit
Nutuque
Invidia t
Cessit. f
Plebisque
Tu paci
Electu

477. mentia, principit te vero M patria Cic

481. Pa vium forc

482. Tibi num

487. Pl locum ten

488. fugendo, census favor

Plautum a beret] dei

Plebisque Tu paci

rando desi

pterea mi rus agnos

hoc, que nomine d

vero, qu in Impera

tio, milite

latu casti tentiam m

la. Dein

Orbi quietem, seculo pacem suo.

475

Hæc summa virtus. petitur hæc cælum via.

Sic ille patriæ primus Augustus parens

Complexus astra est, colitur & templis Deus.

Illum tamen Fortuna jactavit diu

Terra marique per graves belli vices;

480

Hostes parentis donec oppressit sui.

Tibi numen incruenta summittit suum;

Et dedit habenas imperii facili manu;

Nutuque, terras, maria, subjecit tuo.

Invidia tristis victa consensu pio

485

Cessit. senatus equitis accensus favor

Plebisque votis, atque iudicium patrum est.

Tu pacis auctor, generis humani arbiter

Electus, orbem tu sacra specie regis

Patriæ

477. Sic ille] His virtutibus, clementia, &c. *Idem.* Primus] Primus è principibus Paer patriæ salutat, ante vero M. Cicero, ante *Roma patrem patriæ Cicronem libera dixit.* *Idem.*

481. Parentis] Julii Cæsaris qui Octavium fororis suæ filium adoptavit.

482. Tibi numen] Fortuna submittit tibi numen suum sine bello. *Idem.*

487. Plebisque votum est] Bis hunc locum tentavit Lipsius : in Antiquis fingendo, *Cessit: senatus, equitis accensus favor Plebisque notus* : (quasi Plautum aut Pacuvium in manu haberet) deinde in Notis : *accensus favor, Plebisque votis atque iudicio Patrum Tu pacis.* Delitius utrumque interpretando defungitur : sed non desit propterea mire mendosum locum Gruterus agnoscere. Et est sane : nam quid hoc, quod unus ordo bis appellatur nomine *Senatus & Patrum* ? illorum vero, quorum potissima & unica vis in Imperatore designando, nulla mentio, militum? Atqui Tacitus lib. 12. *Illatus castris imperator consalutatur. Sententiam militum secuta Patrum consulti.* Deinde qui favor ille accensus na-

gis quam listor aut viator aut apparitor? Quis denique ita locutus? Hoc voluit dicere auctor : *Invidia tristis victa consensu pio cessit cohortis. Equitis accensus favor Plebisque votis atque iudicio Patrum.* Cohortem pratoriam per *convexedo*, *lud* dicit pro exercitibus : ne nimis durum faciamus versum scribendo, *cohortium*, aut, *cohortum* : & *equitis. Consensus cohortis*, ut ipse Nero in prima oratione ad Senatum Tacito lib. 13. *de auctoritate Patrum, consensu militum presatus.* Germanicus apud turbidas legiones de initiis Tiberii annali primo : *Italia inde consensum, Galliarum fidem extollit.* Eum consensum vocat *pium*, ut Otho ad milites l. i. histor. *Tumultus proximi initium nimia pietas vestra, acrius quam consideratus excitavit.* Quod sequitur, *Tu pacis auctor*, respicit Vitellio jactam vocem, *ipsum esse concordiam*, Suetonius cap. 15. Nisi enim utrobique admissus esset, bellum civile trahendum erat : ut postea quam constitit alibi Principem quam Romæ posse fieri. Gronovius.

489. Tu sacra specie regis] Illud specio

Patriæ parens : quod nomen, ut serves, petit, 490
 Suosque cives Roma commendat tibi,
 Ner. Munus Deorum est, ipsa quod servit mihi
 Roma, & senatus; quodque ab invitis preces,
 Humilesque voces exprimit nostri metus.
 Servare cives Principi & patriæ graves 495
 Claro tumentes genere, quæ dementia est,
 Cum liceat una voce suspectos sibi
 Mori jubere? Brutus in cædem ducis,
 A quo salutem tulerat, armavit manus.
 Invictus acie, gentium domitor, Jovi 500
 Equatus altos sæpe per honorum gradus,
 Cæsar nefando civium scelere occidit.
 Quantum cruoris Roma tunc vidit sui,
 Lacerata toties ! ille, qui meruit pia

Vir-

cie offendit Deltrium, sed non habere ait, quod substituat. Grætero quoque spiritum, qui conjicit: orbem spiritum sacro. At ita Lucanus lib. 7. subiere pericula clari Sponte viri sacraque antiquus imagine miles. Tacitus 16. ann. Simul ipsius Thrasea venerabilis species observabatur. rō Tu si nonnullis codicibus defuit, iidem tamen reliquæ scripturæ consensu satis ostendunt nihil aliud addendum esse. Gronovius.

492. Munus] Diis imperium acceptum potius refert (quos tamen supra v. 440. contempnit) quam se quid Romanis debere agnoscat. Farnabius.

493. Quodque] Quem de me conceperunt, metus eos vel invitos in officio continet. Idem.

495. Servare] Servare autem cives factiosos, conjuratos in patriæ & principis perniciem, nobilitate sua feros superbosque, quæ dementia? Idem.

497. Voce suspectos sibi] Malim, mihi. Gronovius.

498. Ducis,] C. Iulii Cæs. Imp. Farnabius.

499. Salutem] Publicam, vel etiam privatam, cum eum semper dilexisset,

heredemque de parte scripsisset, unde & confosus ingemuit, Et tu Brute? Idem. Quam publicam, quam privatam salutem dixerit, interpretes ipse viderit. Sententia est Brutum à Cæsare servatum in Pharsalica acie. Dion. ὁ Βρῦτος ὁ Μάγξου, ὁ μὲν τῆσθαι αὐτῶν δὲ Πρωκλειῶν, καὶ ἐὰν ἴαται αὐτῶν καὶ ἐστὶν ἦν. Gronovius.

500. Jovi] Iupiter in cælis, Cæsar regit omnia terris. Farnabius.

501. Equatus alios] Haud dubie altos, ut & Grotius voluit. Gronovius.

504. Ille, qui meruit pia] Primus è Rom. Imp. in deorum numerum relatus Aug. Fam.

Seneca lib. 1. de Clementia: Hæc Augustus sine, aut jam in senectutem anni vergentibus. In adolescentia caluit, arsit ira, multa fecit ad quæ virtus oculos retorquebat. & paullo post: Fuerit moderatus & clemens. nempe post mare Actiacum Romano cruore infectum: nempe post fractas in Sicilia classes, & suas, & alienas: nempe post Perusinas aras, & proscriptiones. His dictis nunc Nero Senecam invadit, proprio illum, quod dici solet, gladio:

Virtute co
 Quot into
 Sparfos p
 Fugerent
 Tabula n
 Exposita
 Videre n
 Non ge
 Stillante
 Nec fini
 Pavere
 Tristes
 Classes
 Concu
 Supera

dio: prop
 ait illum
 Delr.
 506. I
 cui aliqu
 delius ex
 508. I
 Antonii,
 509. I
 pos. Ide
 510. I
 capita Ci
 illultriu
 foro, q
 tum. Id
 515. I
 caforu
 cedoni
 Anton
 Farnab
 516. I
 propri
 sequen
 Agam
 que gr
 fero h
 exbau
 re. Q

Virtute cœlum, Divus Augustus, viros
 Quot interemit nobiles, juvenes, senes,
 Sparfos per orbem, cum suos mortis metu
 Fugerent penates, & trium ferrum ducum
 Tabula notante deditos tristi neci?

505

Exposita rostris capita cœsorum patres
 Vidêre mœsti: flere nec licuit suos,
 Non gemere, dira tabe polluto foro,
 Stillante sanie per putres vultus gravi,
 Nec finis heic cruoris aut cœdis stetit.

510

Pavere volucres & feras sævas diu
 Tristes Philippi. hausit & Siculum mare
 Classes, virosque sæpe cedentes. suis
 Concussus orbis viribus. Magnus ducum
 Superatus acie, puppibus Nilum petit

515

Fugæ

Vir-
 dio: propter hæc & similia Aufonius
 ait illum sævitiam Neronis armasse.
Delr.

506. *Quot*] Cum proscriptionem,
 cui aliquandiu restitit, inceptam cru-
 delius exercuit. *Farnabius.*

508. *Trium*] Triumvirum, Lepidi,
 Antonii, Octavii. *Idem.*

509. *Tabula*] Tab. dictante proscri-
 ptos. *Idem.*

510. *Exposita*] Senatores viderunt
 capita Ciceronis, L. Pauli, aliorumque
 illustrium virorum affixa suggesto in
 foro, quod ex rostris navium Antia-
 tum. *Idem.*

515. *Pavere*] Cadaveribus Rom.
 cœsorum in campis Philippicis in Ma-
 cedonia, ubi pugnatum ab Octavio &
 Antonio contra Brutum & Cassium.
Farnabius.

516. *Tristes Philippi*] In nominis
 proprii sine nihil eliditur, & aspiratio
 sequens vim habet consonantis. Vt in
 Agamemnone, *Phæbe relaxa, humeros-*
que graves Fabric. Philippi hausit] Non
 fero hunc hiatus: nec quod alicubi,
exhaust. Scribe: *merfit & Siculum ma-*
re. Quod sequitur, *sæpe cedentes suis,*

perditum ac deploratum est. G. Fa-
 bricius *cadentes suos*: quod laudant sine
 nomine & sine nomine alios ajunt
 male mutasse, quum significetur, cives
 à civibus sæpe necatos in mari: parum
 tamen, addunt ipsi, Latine. Nimirum,
 quia auctor hujus tragœdiæ ad Seneca-
 cum non affurgit, quidvis eum solæ-
 cum dicere potuisse crediderunt. At
 ille si non Seneca erat, Romanus ta-
 men erat, & tam turpiter in materna
 lingua errare non poterat. Sensus talis
 fuit: *merfit & Siculum mare Classes vi-*
rosque. mox redit socii furor. Concussus
orbis viribus magnis ducum. Octavium
 & Antonium bello Actiaco designet.
Vires ducum habet à Luciano lib. 4. *Prima*
dies belli cessavit Marte cruento,
Spectanda; q; ducum vires numerosaque
signa Exposuit. Superatus acie haud dubie
 Antonius. Pro suis invenimus
 etiam in Mss. *suos.* inde fecimus *furor.*
 Gronovius. *Hausit*] In prælio navali
 contra Sext. Pompejum. *Farnabius.*

519. *Superatus acie.*] M. Antonius
 Triumvir. nam nullo pacto potest capi
 de Pompejo. cum præcedens versus
 innuat bellum Augusti cum Antonio

Fugæ paratis, ipse periturus brevi.
 Haussit cruorem incesta Romani ducis
 Ægyptus iterum, nunc leves umbras tegit.
 Illic sepultum est impie gestum diu
 Civile bellum. condidit tandem suos
 Jam fessus enses victor, hebetatos feris
 Vulneribus, & continuit imperium metu.
 Armis, fideque militis tutus fuit.
 Pietate gnati factus eximia Deus,
 Post fata consecratus, & templis datus.
 Nos quoque manebunt astra, si sævo prior
 Ense occuparo quidquid infestum est mihi,
 Dignaue nostram sobole fundaro domum.
Sen. Implebit aulam stirpe cœlesti tuam
 Generata Divo, Claudiæ gentis decus,
 Sortita fratris, more Iunonis, toros.
Ner. Incesta genitrix detrahit generi fidem,
 Animusque nunquam conjugis junctus mihi.
Sen. Teneris in annis haud satis clara est fides,
 Pudore victus cum tegit flammam amor.
Ner. Hoc equidem & ipse credidi frustra diu.
 Manifesta quamvis pectore infociabili,
 Vultuque signa proderent odium mei.
 Tandem quod ardens statuit ulcisci dolor:
 Dignamque thalamis conjugem inveni meis

520

525

530

535

540

Gene-

& Cleopatram, idque satis evincit illud, puppibus fugæ paratis. nam Pompejo nullæ ejusmodi naves. *Grut.*

521. *Incesta*] Propter Cleopatram Ptolemæo facti inuptam. *Farnabius.*

522. *Iterum*] Semel Cn. Pompeji, iterum M. Antonii. *Idem.*

523. *Sepultum*] Sedatum, finitum. *Idem.*

528. *Pietate*] A Tiberio filio adoptivo Divus consecratus. sup. v. 496. *Idem.*

531. *Nos quoque*] Et me quo. ut suo

excipient Dii consortio, si prius inimicos sustulero. *Idem.*

534. *Generata*] Octavia sup. v. 216. *Idem.*

536. *Incesta*] Messalina, vulgatum illud prostibulum, suspectam mihi reddit Octaviam & prolem incertam. *exspectus ut tradat mater honestos, Aut alios mores quam quos habet?* *Farn.*

539. *Pudore*] Vbi verecundia impedit, quo minus amorem ostendat suum. *Idem.*

543. *Quod*] Quo ultionis genere suum

Gene
 Jovisqu
 Sen. Pro
 Placeat
 Subje
 Floren
 Ner. C
 Talem
 Sen. R
 Ner. C
 Cœli
 Ditif
 Sen. V
 Mort
 Arcu
 Gen
 Vis
 Am
 Nat
 Que
 Bre

sum m
 Farn.

545.
 cedant

Paride

546.
 550

le, &c
 suo. F

551

Tacit

re, p

mat er

dine s

man

suffici

ingen

servia

320 Genere atque forma, victa cui cedit Venus, 545

Jovisque conjux, & ferox armis Dea.

Sen. Probitas, fidesque conjugis, mores, pudor,

Placeant marito. sola perpetuo manent,

Subiecta nulli, mentis atque animi bona,

Florem decoris singuli carpunt dies.

550

Ner. Omnes in unam contulit laudes Deus,

Talemque nasci Fata voluerunt mihi.

Sen. Recedat à te, temere ne credas, amor.

Ner. Quem submovere fulminis dominus nequit,

Cœli tyrannum, sæva qui penetrat freta,

555

Ditisque regna, detrahit Superos polo.

Sen. Volucrem esse Amorem fingit immitem deum

Mortalis error, armat & telis manus,

Arcusque sacros miscuit sæva face;

Genitumque credit Venere, Vulcano fatum. 560

Vis magna mentis, blandus atque animi calor

Amor est; juvena gignitur; luxu, otio

Nutritur inter læta Fortunæ bona.

Quem si fovere atque alere desistas, cadit,

Brevique vires perdit extinctus suas.

565

Ner.

suum mei contemptum referre statui.
Farn.

545. *Victa cui*] Cui tres illæ Deæ cedant, ut quondam duæ Veneri sub Paride iudice. *Idem*.

546. *Ferox armis Dea*] Minerva. *Delr.*

550. *Florem*] Forma bonum fragile, &c. *Carpitur & spacio fit minor ipsa suo.* Farnabius.

551. *Omnes in unam*] De Poppæa Tacitus; Huic mulieri cuncta alia fuerunt, præter honestum animum. quippe mater ejus sua ætatis feminæ pulchritudine supergressa, gloriam pariter & formam dederat. opes claritudini generis sufficiebant. sermo comis nec absurdum ingenium. modestiam præferre, & lascivia usi. rarus in publicum egressus,

idque velata parte oris. Comment. vetus tradit hanc adeo diligentem colendæ formæ fuisse, ut eam in exsultium quinquaginta asinæ sint subsecuta, quarum lacte candorem corpori conciliabat. Inventrix etiam medicamenti, quod ab ea Poppæanum, de quo Iuvenalis Sat. 6. *Idem*.

554. *Fulminis*] Iup. vide Hippol. v. 186. unde hæc. *Idem*.

555. *Freta*] Nereides, Thetis, Thetys, atque ipse flagrat Neptunus in undis, Hipp. v. 332. *Idem*.

559. *Arcusque*] Quomodo? an facem arcu jaculatur? miror non exuti nervum. Eibius legit, *Arcusque*, hoc est, manus. *Delr.* Immo, dedit ei arcum & facem. Gronovius.

Ner. Hanc esse vitæ maximam causam reor,
Per quam voluptas oritur. interitu caret,
Cum procreetur semper humanum genus
Amore grato, qui truces mulcet feras.

Hic mihi jugales præferat tedas deus,
Jugetque nostris igne Poppæam toris.

570

Sen. Vix sustinere posset hos thalamos dolor
Videre populi: sancta nec pietas sinat!

Ner. Prohibebor unus facere, quod cunctis licet?

Sen. Majora populus semper à summo exigit.

575

Ner. Libet experiri, viribus fractus meis

An cedat animis temere conceptus favor.

Sen. Obsequere potius civibus placidus tuis.

Ner. Male imperatur, cum regit vulgus duces.

Sen. Nihil impetrare cum valet, juste dolet.

580

Ner. Expressere jus est, ferre quod nequeunt preces.

Sen.

566. Hanc] Vt sui simile generet.

Farn.

169. Qui truces] Omne adeo genus
in terris, hominumque ferarumque, Et
genus agnoreum, pecudes pictaque volu-
crucres In furias ignemque ruunt. Hipp.
v. 337. Farnabius.

570. Hic mihi] Cupido mihi au-
spex præferat faces nuptiales: vide
Theb. v. 263 & 507. Farnabius.

573. Vix sustinere posset] Recte Del-
rius dolor à vii] Deus. Sed non to-
tum est. Videtur auctor scripsisse: Vix
sustineret justus hos thalamos dolor Vi-
dere populi. Gronovius.

574. Facere] Repudiare uxorem.
Farn.

575. Majora] A principibus, in sub-
limi specula atque in oculis omnium
positis, expectant alii ingens vitæ &
morum exemplar, multa itaque sibi
permitit populus, quæ tamen principi
nequaquam permittit. Idem.

577. An cedat animis] Populi sanctis
pro Octavia. hæcque est scriptura
Pall. novem, itaque exterminandum
putavi vulgatum, conceptus furor. nam

& infra, ipsamet Octavia, v. 646. Par-
cite lacrimis urbis festo Latinoque die; ne
tantus amor, Nostrique favor Principis
acres suscitet iras. Grut.

581. Expressere jus est ferro] Hoc
quidem contra versus legem. Quare
Scaliger, facere: Melissus apud Gute-
rum, ferre quod nequeunt, nunc rece-
ptum. Sequenti pro negare, Lipsius ne-
care, & homines graves adfertiuntur
corrigeni; Gruterus alterum tuetur.
Mihî aliud hic incommodum occur-
rit: neque enim video, quomodo non
inepte fiat mentio precum. Quid enim?
an unquam precibus contendit à po-
pulo Romano Nero, sibi ut Poppæam
ducere liceret? & illis repulsis jus ex-
primendi nactus est, quod exorare non
potuit? Immo populus deprecatus pro
Octavia, ne repudiaretur: & quia in-
stantius agebant, Nero ad invidiam
dicit eos exprimere. Scribe: *Expri-
re vis est.* Dicitum erat populum meri-
to dolere, quum rogans, præsertim
justa, nihil impetret. Resp. Nero, sed
quod roganti populo non conceditur,
id eum exprimere tumultu ac seditione
est

Sen. Neg
Sen. Rem
Sen. Levi
Sen. Exc
Sen. Faci
Etatque
Ner. De
Instare,
Etipse
Cum p
Quin d

est vim fa
mere vis
preces? I
quit, i
orant,
debetur
peccat
habent
vindice
duri cru
vius.

583.

Ab imp
nupt.

T
Thal
Popp
Dole
Man

593.
umbrat
594.
lem, M
595.

Sen. Negare durum est. Ner. Principem cogi nefas.

Sen. Remittat ipse. Ner. fama sed victum feret.

Sen. Levis atque vana. Ner. si licet, multos notat.

Sen. Excelsa metuit. Ner. non minus carpit tamen. 585

Sen. Facile opprimetur. merita te Divi patris,
Ætasque frangat conjugis, probitas, pudor.

Ner. Desiste tandem, jam gravis nimium mihi,

Instare, liceat facere quod Seneca improbat.

Et ipse populi vota jam pridem moror.

590

Cum portet utero pignus, & partem mei.

Quin destinamus proximam thalamis diem?

est vim facere principi. Vel sic, *Exprimere vis est. SE. ferre quid nequeunt preces? Negare durum est.* Immo, inquit, non exprimunt, sed rogant, orant, supplicant. Quid autem non debetur *ταῖς Διταῖς Διὸς κήρυξις μερόλοις*, quæ & anteaambulone[m] habent *τῶν Ἀπῶν*. & si repellantur, vindicem? Illis negare mihi profecto duri crudique pectoris videtur. *Gronovius.*

583. Remittat] Ipse princeps cedit

aliquantulum de jure suo: etsi flecti reges, quam vinci non minus turpe existiment. Hipp. v. 135. *Farnabius.*

586. Divi] Claudii patris Octaviae qui te adoptavit. *Idem.*

587. Frangat] Animum tuum avertat à Poppæa. *Idem.*

590. Populi] Desiderantis ex me prolem legitimam, quæ firmet etiam imperium. *Idem.*

591. Partem mei] Ovidius; *Partisque tui latitat corpore clausa meo.* *Delt.*

ACTUS TERTIUS.

AGRIPPINA.

Ab inferis prodit Agrippina, dira auspex faces exitiales præferens
nuptiis Poppææ & Neronis, cujus mortem prædicis.

Tellure rupta Tartaro gressum extuli,
Stygiam cruenta præferens dextra facem

Thalamis scelestis. nubat his flammis meo

595

Poppæa gnato juncta, quas vindex manus

Dolorque matris vertet ad tristes rogos.

Manet inter umbras impiæ cædis mihi

Sem-

593. Tellure] In scena exsiliabant umbræ scalis Charonis. *Farnabius.*

594. Stygiam] Funestam, exitialem, *Med. v. 16. Idem.*

595. Nubat] Vertat nuptialem fa-

cem in feralē & funebrem. supra v. 260. *Idem.*

598. Manet] Curæ non ipsa in morte relinquunt. *Oed. v. 615. Cædis] Sup. v.*

360. *Farn.*

598. Ma-